



Jus Canonicum In V. Libros Decretalium Distributum

novâ Methodo explicatum, Omnibus Capitulis Titulorum (qui in Antiquis, & novis Libris Decretalium continentur) promiscuè & confusè positis, in ordinem doctrinæ digestis. Adjunctis Aliis Quæstionibus Connexis, Quæ Ad Plenam Cujusque Tituli, Aut Materiæ Cognitionem, Et Expositionem Pertinent. ...

Respondens Libro Quinto Decretalium. In Quo De Judicio, Seu Ordine Judiciario criminali, nec non de criminibus Ecclesiasticis, & secularibus ... agitur ...

Pirhing, Ehrenreich

Dilingae, 1677

Titulus. XXXII. De Novi operis nunciatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98302](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98302)

ordinatio, vel collatio ad eos spectat, sibi retineant, vel sibi ipsis conferant, c. 3. h. t. n. 5. & 6. Assert. 4. Episcopi, aliique Prælati delinquant quoque, si Ecclesias, vel beneficia conferant indignis: & qui confert beneficium secundo, ante cessionem primæ collationis, privari debet pro ea vice potestate conferendi, c. Inter. 11. h. t. n. 7. 8. & 9. Assert. 5. Delinquent Episcopi, aliique Prælati, si impediant privilegia subditorum; idcirco hi non tenentur parere Superiori exigenti, vel præcipienti aliquid contra tenorem suorum privilegiorum, c. Sanè. 5. h. t. n. 10. & 11. Unde sententia excommunicationis lata ab Episcopo contra subditum non parentem in ijs, quæ contra privilegium sibi concessum exigebantur ab illo, non tenet, c. Cum ad quorundam. 7. h. t. n. 12. Assert. 6. Graviter etiam delinquit Episcopus, qui directè, vel indirectè causam præstat homicidio, eo enim commissio, sit irregularis, ita ut privari debeat Officio Pontificali & Sacerdotali, & ab Episcopatus administratione amoveri, c. Ex litteris. 10. h. t. n. 13. declaratur, n. 14. & seq. Assert. 7. Aliud delictum Prælatorum est, si Sacerdotes sibi subiectos cogant ad revelandum peccatorem, vel peccatum auditum in Confessione Sacramentali, c. Dilectus. 13. h. t. n. 16. declaratur, n. 17.

§. 11. De quibusdam specialibus delictis Prælatorum Episcopis inferiorum.

Quæst. I. An Prælati Episcopo inferioribus prohibiti sit unire Ecclesias sibi subiectas, sine consensu Episcoporum? Resp. affirmativè, nec quidem interveniente consensu Metropolitanis, c. Sicut. 8. h. t. n. 18. declaratur, n. 19. Quæst. 2. Quinam actus ad Episcopalem jurisdictionem spectantes prohibeantur exerceri à Prælati inferioribus? Resp. ad dignitatem Episcopalem spectat cognoscere de causa matrimoniali, injungere publicas pœnitentias, concedere Indulgentias, & similia: unde inferior Prælati his se intromittere non potest, nisi ex speciali jure, aut concessione ei id competat, c. Accedentibus. 12. h. t. n. 20. declaratur, n. 21. & seq. Ex consuetudine etiam legitimè præscripta possunt Prælati inferiores Episcopo acquirere facultatem concedendi Indulgentias, n. 23.

§. 111. De gravaminibus, quæ Prælati, aliique Clerici interdum inferre solent Religiosis.

Præcipitur Episcopis, aliisque Prælati, & Rectoribus Ecclesiarum, ne gravamina inferant Religiosis, quorum 15. enumerantur in c. Nimis. 16. h. t. n. 24. Et præter illa prohibentur etiam alia XII. gravamina inferri FF. Prædicatoribus, & Minoribus, c. Nimis. 17. h. t. n. 25. & 26. Denique alia XXX. gravamina, quæ Episcopi Religiosis inferebant, enumerantur in Clem. unic. h. t. & prohibetur, ne eis inferant, sed ut Religiosos cum charitate foveant, & eorum privilegia servari faciant, n. 27.

§. IV. De excessibus, seu delictis subditorum in Prælatos, seu Superiores suos.

Assertio I. Delinquent inprimis subditi in Prælatos suos, si violent interdictionem à Papa, c. Tanta. 18. & ult. h. t. n. 28. declaratur, n. 29. & 30. Assert. 2. Delinquent etiam subditi Clerici, qui Episcopum, seu Prælatum suum negant esse Dominum suum: vel ad secularem Judicem in causa spirituali

ipsum trahunt, vel consilium præbere solent ejusdem contra ipsum, deponi enim debent, c. h. t. n. 31. declaratur, n. 32. Assert. 3. Delinquent quoque subditi Clerici privati, & seculares, qui faciunt Collegium, si sine consensu Superioris commune sigillum habeant, eoque utantur, c. h. t. n. 33. declaratur, n. 34. Assert. 4. Delinquent etiam Vicarii Ecclesiarum, qui privatum sibi usurpant, contra fidem & iuramentum publicum, si enim de hoc confessi, vel convicti fuerint executionem sui officij admitti non debent, c. h. t. n. 35. Præterea prohibetur adire delicta Clericorum, sub gravibus pœnitentiis, c. h. t. n. 36. ne de gravibus criminibus publice gloriarentur sub pœna suspensionis ab officio & beneficiis, c. h. t. n. 37. Alterum delictum est Sodomia, cum Sodomitis Clerici sint, debent deponi ab Ordine Clericali, c. h. t. n. 38. laici, excommunicandi sunt, c. Clerici. 4. h. t. n. 39. §. V. De prohibitione facta Religiosis acquirere, vel mutare domos in locis solitariis, ubi non possunt nova loca acquirere, vel mutare, c. h. t. n. 40. antiqua alienare, vel mutare.

Religiosi mendicantes non possunt recipere novo domos, vel loca quæcumque, nec recipere, re, vel alienare in alios, sine speciali licentia, c. h. t. n. 41. Non tamen prohibetur, ut qui de licentia Superiorum voluerint agere, viam Eremiticam, seu solitariam, non possint eligere, seu acquirere, c. h. t. n. 42. Mutare domos in locis solitariis, ubi non habent seculares, c. unic. h. t. in 6. n. 39. & 40. Hæc Concil. Trident. non possunt Religiosi novo domos, vel loca acquirere, vel mutare, sine Episcopi, in cuius Diocesi eriguntur, licentiâ prius obtentâ, n. 41.

SERIES CAPITULORUM.

IN ANTIQUIS.	C. 1. n. 1. & 2.	C. 13. n. 16. & 17.
C. 1. n. 1. & 2.	C. 2. n. 3.	C. 14. n. 33. & 34.
C. 2. n. 3.	C. 3. n. 5.	C. 15. n. 31. & 32.
C. 3. n. 5.	C. 4. n. 38.	C. 16. n. 24.
C. 4. n. 38.	C. 5. n. 10.	C. 17. n. 25. & 26.
C. 5. n. 10.	C. 6. n. 35.	C. 18. & ult. n. 41.
C. 6. n. 35.	C. 7. n. 12.	duobus seq.
C. 7. n. 12.	C. 8. n. 18. & seq.	IN SECTO.
C. 8. n. 18. & seq.	C. 9. n. 36. & seq.	C. unic. n. 39. & 40.
C. 9. n. 36. & seq.	C. 10. n. 13. & duobus seq.	IN CLEMENTINIS.
C. 10. n. 13. & duobus seq.	C. 11. n. 7. & duobus seq.	Clement. unic. n. 27.

TITVLVS XXXII.
DE NOVI OPERIS NUNCIATIONE.

§. I. De novi operis nunciatione, ejusque materia, & alijs casibus, ac circumstantiis. Quæst. I. Quid sit novi operis nunciatione, est novi operis, sive adificij per solemnem Editionem nunciationem prohibitio, n. 1. Quæst. 2. In quibus rebus, sive operibus locum habeat novi operis nunciatio? Resp. in rebus Soli, seu immobilibus, & ijs operibus, quæ solo conjuncta, aut conjunctæ sunt, & in eo fiunt, n. 2. Hæc nunciatio novi operis habet etiam locum in ædificatione novæ Ecclesie.

nam Ecclesia ædificata in præjudicium alterius Ecclesie, post denunciationem novi operis, debet demoliri, ac destrui, c. 1. h. t. n. 3. & 4. Qu. 3. Cui jus nunciandi novum opus competat? n. 5. Qu. 4. Ubi & cui fieri possit nunciatio novi operis, num. 6. Qu. 5. Quibus modis, & quando fieri possit nunciatio novi operis? n. 7.

§. II. Quis sit effectus nunciationis novi operis?

Effectus primarius est, ut quicquid ædificatum est, post nunciationem factam totum demoliri debeat, expensis ipsius ædificantis, etsi ædificatum fuit absente domino, c. 2. h. t. n. 8. & tribus seqq. Debet autem denunciatus, post novi operis denunciationem, ab ædificando cessare, & opus cæptum destrueri, si jure sit facta denuntiatio, quia is nullum jus ædificandi habet: si vero injustè, quia jus habet ad ita ædificandum, n. 12. Ob vitandum scandalum non sunt omittenda, quæ sine peccato mortali committi non possunt, c. 2. Super eo, h. t. n. 13. & 14.

§. III. Quibus casibus, & modis cesset nunciatio novi operis, ita ut vim, & effectum non habeat?

Cessat primò, si nuncians remisit nunciationem factam ædificanti novum opus, n. 15. Secundò cessat, si nuncians cautionem recepit à denunciato de opere demoliendo, si constitit ipsum jus ædificandi non habuisse, n. 16. Nam in optione nunciantis est, an intra tres menses de præjudicio suo velit ostendere, ut interim cesset ab opere: an verò recepta cautione de opere demoliendo, statim ædificare permittat, c. 3. h. t. n. 17. & seq. Similiter si is, qui denunciat, vult probare suum jus, is qui ædificat, etiam si offerat cautionem de destruendo opere, expectare debet per tres menses, & interim cessare ab ædificio, c. 4. & ult. h. t. n. 19. & duobus seqq. Quibus præterea modis cesset nunciatio novi operis, n. 22. & duobus seqq.

SERIES CAPITULORUM.

IN ANTIQUIS.

c. 1. n. 3. & seq. per eo. num. 13. & seq.
c. 2. in princ. n. 8. & tribus c. 3. n. 17. & seq.
seqq. & num. 15. §. Si- c. 4. & ult. n. 19.

TITVLVS XXXIII.

DE PRIVILEGIIS, ET EXCESSIBUS Privilegiatorum.

SECTIO I. De privilegijs in communi.

§. I. Quid sit privilegium, & an ad illius substantiam requiratur scriptura, & quomodo à dispensatione differat?

Privilegium accipitur vel pro instrumento, vel magis propriè pro ipso beneficio, seu gratia, quæ alicui à Principe conceditur, & in ipso instrumento continetur, n. 1. Assert. 1. Privilegium latè acceptum est lex privata speciale beneficium, vel favorem concedens. Strictè verò sumptum est alicujus rei, si juris specialis, contra jus commune, ex Principis benevolentia concessio, n. 2. Interdum tamen à Principe conceduntur, quæ etiam à Jure communi concessa sunt, ad majorem confirmationem, & securitatem, n. 3. Assert. 2. Ad substantiam privilegij non requiritur, ut sit scriptum, n. 4. Assert. 3. Di-

Tomus V.

spensatio à privilegio in communi differt tanquam species à genere, à privilegio autem contra Jus non differt dispensatio, si ea concedatur ad operandum ordinariè, & stabiliter contra aliquod Jus commune: si verò concedatur dispensatio solum ad unum aliquem, vel alterum actum contra legem, & jus commune, v. g. ut uno vel altero die liceat carnibus vesci die prohibito, tum non est privilegium propriè dictum, per quod jus permanens conceditur, n. 5.

§. II. Quomplex sit privilegium, siue quomodo dividatur, & quis possit concedere privilegium, & quibus concedi possit?

ASSERTIO I. Privilegium in primis aliud est personale, quod immediatè & directè ipsi personæ conceditur, eamque sequitur, & cum ea extinguitur. Aliud est reale, quod proximè & immediatè conceditur alicui rei, loco vel muneris, ac dignitati, eique coheret ac durat, quamdiu res durat, n. 6. Unde in dubio cognosci possit, an sit privilegium personale, an reale? n. 7. Rursum privilegium aliud est perpetuum, quod perpetuò durat, quamdiu revocatum non fuerit: aliud temporale, quod ad certum tempus, vel sub certa conditione conceditur, quâ implētā, finitur, n. 8. Assert. 2. Privilegium concedere potest omnis & solus ille, qui potest legem condere, qui verò non potest, nec privilegium dare potest, n. 9. Assert. 3. Privilegium non solum subditis, sed etiam alijs non subditis, siue extraneis concedi potest, n. 10. An per consuetudinem acquiri possit privilegium? Resp. consuetudo habet vim privilegij, ita ut derogare possit juri communi, sicut privilegium, n. 11. An requiratur justa causa ad concessionem privilegij? Resp. ut sit licita, necessaria est justa causa, non autem ut sit valida, n. 12.

§. III. De interpretatione privilegiorum.

Quæ. I. Qualis interpretatio fieri debeat in privilegijs, stricta, an lata? Resp. primò, privilegia, quæ merè gratiæ sunt, nec cedunt in præjudicium alterius, latè interpretari oportet, n. 13. Resp. secundò, privilegia, quæ derogant juri communi, regulariter strictè interpretationis esse debent, & restringi, n. 14. Excipi debet, nisi privilegium derogans juri communi cedat in favorem Religionis, vel causæ piæ, vel boni publici. Secundò, nisi privilegium sit in Corpore Juris contentum, tunc enim favorabile est. Tertio, si privilegium sit concessum, motu proprio Principis, etsi derogat juri communi, cit. n. 14. Resp. tertio, si privilegium cedat in præjudicium tertij, ejusque juri jam acquisito derogat, strictè illud interpretari oportet, n. 15. Quæ. 2. Quæ sint circa strictam vel latam interpretationem privilegiorum observanda? In hac re notandæ sunt seqq. regulæ. Prima est, si verba privilegij sint ambigua, vel obscura, ejus est interpretari illa, cujus est concedere privilegium. Unde privilegiorum tenor attendi debet, nec de ijs judicandum, nisi illorum tenore inspecto, & secundum eorum tenorem, ab omnibus subditis sunt servanda, c. Porro. 7. h. t. n. 16. & 17. Secunda regula est, quod privilegium non sit ita strictè interpretandum, ut reddatur inutile, & inefficax, quamvis aliàs videatur grave, & odiosum, nisi etiam sit injustum, n. 18. Tertia regula est, privilegium non est restringendum ultra proprietatem verborum,

Fff f